



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118847**

§. 45. Principum atque illustrium Virorum fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)



Sæc. XVII.

A. C. 1618.

unacum pluribus dissolutæ vitæ Nobilibus hunc conventum sibi vendicaret opitulantibus eidem quadam Sanctimoniali, & Abbatissæ Confessario: Mox igitur Angelica unacum suis ex hoc Monasterio vi expellitur, Pontifaram secedere compulsâ, ubi tamen haud diu permansit; postquam enim Cisterciensium Abbas Parisiensis Senatus operâ implorabat, mox urbis Prætori datum est negotium, ut Estream, Confessarium, & præfatam Monialem comprehenderet: his autem tempeſtiva fuga sibi consulentibus Angelica sine ulla contradictione Abbatissæ reformationem complevit, ac postea ad plures alios Conventus extendit.

## §. XLV.

*Principum, atque illustrium Virorum fata.*

*Merc. Gal-  
lob. l. 3. t. 12.  
Khevenh.  
annal. Ferd.*

Inter tot calamitates, quibus Austriaca Domus ob rebellium subditorum tumultus jactabatur, haud infima amaritudinis causa exstitit obitus Maximiliani Austriæ Archiducis, qui Magnus Ordinis Equitum Teutonicorum Magister ac Mathiæ Cæsaris frater, cum paucos admodum dies ægrotaret, Viennæ hoc anno die secunda Novembris sexagenarius obiit: Hujus Principis ut pote



pote pacis studiosissimi mors non modo Sæc. XVII.  
A.C. 1618.  
Catholicis sed & Protestantibus admodum luctuosa exstitit: quæ etiam Annam Cæsareæ Majestatis Conjugem tam intimi doloris sensu oppressit, ut & ipsa die decima quarta Decembris itidem Viennæ decederet. Venetiis quoque Nicolaus Donatus, postquam vix uno mense Rempublicam administraverat, octogenario major decessit. Hujus autem obitum præcesserat Philippus Guilielmus Arausionensis Princeps, qui Sacris ritu Catholico munitus Bruxellis die vigesima Februarii mortalitatem exiit, annos natus sexaginta quatuor. Hic Religionem Orthodoxam, quam in præfato Principatu restituerat, Mauritio Fratri suo ac hæredi tabulis testamenti plurimum commendabat. Mense autem Decembri Theodoricus de Fürstenberg Padebornensis in Westphalia Episcopus, postquam hæreticos ex sua Ecclesia penitus eliminaverat, meritis plenus decessit, subrogato eidem Ferdinando Coloniensi Archiepiscopo & Bavarix Duce.

## §. XLVI.

*Duo Cardinales a Paulo V. creati.*

Hoc item anno Paulus V. Pontifex *Ciacon. in*  
Maximus die vigesima sexta Martii *vita Paul. V.*

M 3

duos